



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

CXV. An Consensus parentum neceſario requiratur ad Matrimonium  
Ratum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

obligatio ad legem, donec vel Lex abrogetur, vel coniux moriatur; ita morte Christi factum, & Lex mortua est, & homines in alium translati sunt statum, ceu mortui legi veteri.

## Q V A E S T I O C X V .

*An, & Quæ sunt Impedimenta Matrimonii?*

V THERO - CALVINIANI promiscue, ex parte Consensus impedimenta matrimonium contractum Dirimentia admittunt tria, Erorem, Conditionem, Coactionem. Addunt Defectum consensus paterni. Ex parte Personæ, duo simpliciter. Impotentia reddendi debiti, & Ligamen; Duo non simpliciter admittunt, Cōsanguinitatem, & Affinitatem; sc. quoad Gradus in Leuitico designatos: cætera reiiciunt, ac damnant. Melanche, in Loci tit. de Cœugio. Lutherus serm. de Matrim. Duodecim causas in suo Iure effinxit Papa, quibus omnibus matrimonium vel disperget, vel impediatur: Quas tamen fere omnes & reticere, & condemnno.

A V T O R . Impedimenta sunt duplicita: 1. Impedientia; sed non Dirimentia; quæ aduerterantur Matrimonii, non Essentia, sed Solennitati, vel accidenti. Quæ sunt duo:

Ecclesia vetitum; nec non Tempus Feriatū, Impedientia; permittunt facta teneri  
2. Impedientia & Dirimentia, quæ Essentialia Matrimonii aduersantur sic, vt cū iis nunquam sit verum matrimonium. Hinc contractum de facto, non de iure irritum redundat. Sunt ea XII.

Error, Condicio, Votū, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamē, Honestas, Affinis, Si forte coire nequibus.

Hæc socianda vetant connubia; facta retrahant.

Essentialia autem matrimonii sunt tria, 1. Consensus, vt causa Efficiens qui ponit Intentionem: 2. Cum Signo expres-

sus, vt Formâ; quod tale est, qualis Consensus verus, aut fallax: 3. Inter Legitima Personas; quæ sunt Materia. Ex parte Consensus est Ignorantia personæ, vel conditionis, & Coactio. Ex parte Personæ, cetera accidunt omnia.

Porro nos de iis solum, quæ controuertunt Aduersarii.

## Q V A E S T I O C X VI .

*An Consensus parentum requiratur necessario ad Matrimonium Ratum?*

V THERVS Seim. de Matr. Si ex Matrimonio ex consensu parentum contracto, sit nata prole, summa cito matrimonium. Si nondum sit nata, ut post state parentum erit confirmare vel irritare. 2. Erasmus in Dialogo de matr. Inscit parentibus contractum, si Natura sensus adprobat; nec Veterum le. 11. nec Alijs p[ro]fessi, nec Euangelica, aut Apol[etica] doctrina,

3. Bucerius in Mat. 19. optat reuocari lumen leg. s ciuiles, quæ vetet contractum parentibus. 4. Brentius in Catech. subiicit e[st] stare iudicio magistratus: quod sint causa in quibus consenserunt parentum nil opus. & Kemnitius. CALVINVS. &c.

S VADENT istis, quæ collegit Kemnitius. Exam. pag. 1274. ex predictis. 1. Quia dominici quidam, vt Gropperus in Inst. Colon. affirmant requiri consensum. 2. Talis esse debet coniunctio, vt eius auctor esse Deus posuit. Nam Mat. 19. Quod Deus coniunxit, &c. Et Deus non est autor illius, quod contractum præsumit contrahitur. Nam in quarto Decalogi invenimus liberi obediens parentibus: Id est, exponit Col. Fili[us] obediens parentibus P E R O M N I A. Prout id est Relinquet homo patrem, &c. Et adiuncta vxori, intelligi debet de matrimonio consummato. Sic lex Dei Exo. 22. Deut. 22. Item Num. 30. Si puella quid vult in sacerdotio patris, h[ab]it iritare potest: ergo & sponsionem matrimonii Deniq[ue] Deus mediante præcepto iungit duos, sine quo Medio nulla est coniunctio. 3. Iura Civilia irritant sic contracta: que ait in Civilis & naturalis ratio suadet hoc fieri, in iustum, ut iussus parentum procedere debet. 4. Ius Canonicum sep[tem]b[re] iubet idem.

Av.



**AUTOR.** I. Solo parentum consensu, inuitis liberis, fieri matrimonium nequit. Ideo Gen. 23. *Vocemus pueram, & inquireamus eius voluntatem.* Sic & Ius Canonum. Sic RATIO. Quia eorum consensus requiritur, qui formam matrimonii pronunciant: *Ego te accipio in meam, meum.* Hæc enim falla foret absque consentiu contrahentium.

II. Solo prolium consensu, insciis aut inuitis parentibus fieri matrimonium valet; nec parentes seu Magistrat id irritare valet. 1. Sic Esau, Gen. 26. duxit duas, & Gen. 28. duxit & tertiam: & tamen eas scriptura vocat uxores, nec inuiti parentes irritarunt. Iacob, Gen. 29. 30. insciis parentibus legitimè superinduxit tres alias. Tobias, cap. 7 insciis parentibus duxit Saram; nec Angelus eum monuit paterni consensus. 2. Sic Ius Canonum. 3. Sic RATIO. Quia nihil Essentia- lium deest, non Ministri intentio, non Materia, non Forma. Consensus autem plenus est, cui est arbitrii Libertas, & Maturitas consilii non necessaria: subiectio sub parentibus nil obstat, nec adimit libertatem arbitrii. 4. Coniugium seruorum, inuitis Dominis, est firmum: ergo magis liberorum: ac tametsi Ius gentium induxit seruitute, impotens tamē fuit ad ius illud seruis admendum. 5. Lutherani volunt Consummatum valere, ut Luth. Melanch. at copula nec addit pruderiā, nec eximit à patria potestate: ergo solum arbitrium eorum sufficit. Deinde; si iure fuit consummatum; ergo & iure contractum fuit: Si non iure consummatum fuit; ergo nec iure potest irritari. Nec stuprum Virgini factum, efficit matrimonium; Exod. 22.

III. Proles insciis vel inuitis parentibus, sine iusta & rationabili causa contrahentes, peccant, ut inobedientes, nisi parentes iniuste resistant. Quia horum est liberis prospicere; vt, Gen. 24. Abraham Isaco. Exo. 34. Patentibus præcipitur: *Filiam tuam non dabis filio eius Cananæi.*

**DIEO AD I.** Gropperus loquitur de clandestino matrimonio, factō insciis parentibus, & Ecclesia; idq; malè negat esse Sacramentū; non negat tamen esse matrimonium. Et Gropperus vni omnes opponimus Theologos priscos & nouos.

**AD II.** Ista probant, liberos sic contrahendo peccare; non autem non fieri matrimonium verum. Dens vero est autor matrimonii, cuius adest materia, forma, & minister, cum intentione prolixi gignendæ. &c. Ac licet non ad sit autor Deus ex parte contrahentium cum peccato, adest tamen iusto contractui & Sacramento. Quartū vero præceptum est ad mores formandos, non ad Sacramenta ministranda. In Deut. & Exod. agitur de futuro matrimonio, non de contracto. Numer. 30. agitur de impueribus, queis non plenum est iudicium. Media Matrimonii valent eò, vt sit gratum Deo; non ut sit ratum ac verum in se.

**AD III.** Ius naturæ docet, ples debere sublici parentibus; non tamen ideo docet inualidum reddi matrimonium.

**AD IV.** Iura Canonica militant contra Lutherano-calvinianos. Vide Bell. c. 20.

#### Q V A E S T I O C X V I I .

*An Votum, & Ligamen inhabilitent ad contrahendum?*

**L**UTHERVS, l. capt. Bab. c. de matr. Ligamen sponsaliorum dirimit sequens cum alio matrimonium, iure diuino.

SVA\*

